

Methos Museum

historicum

AUCTORES

Archivum

Genense

B-116

C.R. a Somascha

M.M.

1741

Ratio Studiorum

C. R. S.



historicum	
Res	
Archivum	B-114
	Meth. stud.
Genuense	
C. R. a Somascha	

1741

*Methodus Studiorum
ad usum Congregationis de Somaschâ
per Rei Literariæ Moderatores deputatos
exhibita,
atque anno 1741 iussu
Don Ioannis Baptistæ Riva
Præpositi Generalis
insinuata.*



*Archivio PP. Somaschi
S. M. Mas Salena Genova*

B-114



Sicut digne evoenerint, et vini celebres, qui liberis floruerint, vixerint. Utile
ad hoc appropinquabit erit primam saltem partem Nationarij temporum a Lesavio
editi pro manibus habere, historiam antiquam Christophori Cellarii, et Epi-
tomen ab initio mundi usque ad Carolum Magnum Joannis Clenii. Addi
etiam possunt Tabule Chronologicæ, quales sunt Lesaviane; pro peregrine
haberi oportet Lexica Historica, et Geographica; Historiam, et Geographiam
tradere iunctim Hofmannus, et Moreri. Separatim Geographiam Beau-
drandus, et Martinier. Innotatur denique Bibliotheca Fabricij, qui ordi-
natim Authores Latinos collegit, eorumque operum iudicia, et Editiones
attulit; eodemque tempore seculo indicabuntur, et annotabuntur inco-
menta, decreta, ortus, diversique status, feliciorque lingue Latine etas.

Quoniam vero in omnibus scriptoribus, a Clenii, innumeri sunt allusio-
nes ad consuetudines, ac opiniones eorum temporum, quibus scripserunt,
que in numero habende sunt, ut ea, que legimus, intelligamus; idcirco
necepe duximus et nos Commentarios de consuetudinibus veterum sen-
tari, eaque diligenter perolvere. Polybio, Dionysio Halicarnasæ, Plu-
tarcho, aliisque plurimis ad Romanos mores, et opiniones pertinere
debemus; recentiores tamen ex omnibus collegerunt plenam earum
descriptionem, et indices; in eo quos utilem operam navarunt rebus
Romanis Joannes Prosinus, Josephus Canalicus, S. H. Nieupoort, Thucillus,
Obbo Crunius; Grecis Robertus, et Freitius, qui antiquitatum Homerici-
carum Commentarios edidit; et Rivetus Grecis, et Romanis simul
accuratissimo Lexico; Cuneus, et Fleury inserat alios Hebraicos.

Interea horum Authorum commercio certiores fient studiosi humaniorum
Litterarum generalibus artium et vocabulorum ipsi pertinentium,
notionibus, quales sunt belli, nauticæ, magistratuum, nec non ritibus
sacris, et prophetis, sine quorum levi saltem notitiâ impossibile admo-
dum probe scriptores intelligere.

Addatur non levis cognitio, ut inquit Clenius cap. 2. Sylvar. Philologicar.
earum Philosophicæ partium, quarum peritiâ accutur iudicium,
et mores ad societatem civilem componuntur; Logicam nimirum
et Ethicam, quas tamen per extensum non percurrendas censemus.
Summam docendæ regule, principaliores rationum, idearum, et
methodi; et legantur, et declarentur officia Ciceronis, tractatus et
de officio hominis, et Civis edito a Luffendorffio viro celeberrimo, ipsi
omissis, que non scripsisset, si orthodoxus fuisset; necnon Theophrasti
Characteres cum annotationibus. Si methodicè Ethicâ excedendi
censerentur adolentes, lectionem Ethicæ Lurotj pro alijs utique
consuleremus.

Iticæ iudicij fundamentis eundem poterunt communionibus Rhetoricæ, et
Poeticæ præceptis, que desumantur a Sherardo Bosio, et a Latre-
Lamy, neve lectionem Quintiliani, scriptoris ad Herennium, et
Horatij præferant Institutores, e quorum libris, veluti e fontibus,
Centones recentiorum proflexerunt omnes, ut ipsi universe
eloquentiæ

eloquentie communia videantur elementa.

Ludovicus Grovius in lib. 3. et 4. de erudendis disciplinis; Joannes Clenius in 2.
 tomo artis Criticæ; Vincentius Gravina in orat. de studiorum instauratione
 item in opusculo de conversione doctrinarum, seicem præbent authorum
 et ordinem idolorum legendorum, ex quibus pleraque horum, quæ hæcenus
 diximus, et dicendorum hausimus. Quædã res tamen cavere cogimur, ut
 tempori hisce studiis præfinito, et sumptui consulamus, præterea non
 sunt obviandi Tyronei multitudiner librorum. Id autem, ut ordinatim
 fiat, et fructuose, ab istis incipiendum, qui facili stylo, sive facilibus
 et argumento nimirum ipso, sive elocutione oriantur. Ex quo colligimus
 non posse initio scriptorem ullum utilius legi Terentio, et Plauti,
 nec perfunctorie, sed summâ adhibita curâ, ut probe puritas, et
 elegantia sermonis advertatur. Continuo invidendas et putamus, et
 persequendas elegantias Latinas a Laurentio Vallæ collectas. Antequam
 ad alios scriptores progrediamur, necesse est sive fabulas, et historias.
 Hinc adolescentes exerceantur Justinii historia, quingue prioribus libris
 Didori Sicili, Julij Hygini fabulis, sed præ cæteris appropinque Cicerij me-
 thamorphoseon, unde usque ad Romanorum tempora, quid veri, quid
 ficti ferat antiquitas, agnoscant. His Romanorum scriptores Velletius
 Lucius Florus, Titus Livius, quos præcipue attendendos, legendosque con-
 sulimus, commendamus; Hinc addatur lectio Ciceronis Epistolarum
 ad familiares cum notis Pauli Manutij, quæ optandum esset ordine
 temporum dispositas, ista lecta prius authoris vitâ a Plutarco, sive
 ab alio recentiori scriptâ, quæ post lectionem subsequatur Salustius,
 Caius Nepos, et Julij Cæsaris Commentaria. Postea ad orationes Ciceronis
 deveniendum erit, et faciliores inter alias legendæ, quales sunt pro Marco
 Marcello, pro Atridia Laetia, pro lege Manilia, Cæciliana, et quæ, ut
 reliqua omnia, non celeri, sed accuratâ lectione percurrendæ, adeo ut
 quam pauca in istis remaneant loca legendis obscura. Istos, et singulos
 quos supra adnotavimus auctores, non ita suademus legendos, quasi
 aut omnes, aut soli necessarii, sed ut ostendamus non melioribus Cri-
 ticiis quid selectus legendorum, et quare sic progrediendum. —

Ubi istis dem Criticis placuit, scriptoribus prose orationis adnectatur et lectio
 Lucretiarum, inter quos ad perpetuam exercitationem styli præ manibus
 inter cetera Latinorum opera Eneides, Ecloge, et Georgica Virgij, et
 equalis amici Vatis Ode Horatij, qui fecerit unus, auctore Quintiliano
 digna legi scriptis. In explicandis tam solute, quam metro strictæ
 orationis scriptoribus sedulam adhibeant curam Professores, ut reser-
 et sicut interpres retetur et declaretur quæ propria vocabulorum signi-
 ficatio, et æthimologia, quæ analogica; quæ simplex, quæ figurata
 locutio, usque singulorum ingenium, et stylus dequæretur. denique

4
apudcaus Sirones in legendis syntactin cuiusvisque vocabuli adver-
tere, et precepta agnoscere, que commissa cum exemplis, et assidua
Styli exercitatione firmitus inolebant animis, quam recitata me-
moniter, inquit Vincentius Gravina. —

Quoniam vero instituti potissimum nostri est non tam Latine, quam
Italice lingue consulere; coniungendo ideo in scholis humaniorum
liberarum, tradendaque cum Latina Italica Eloquentia, ut Iuven-
tus nostris ex hac utriusque lingue exercitatione uberiores fructus
percipiat; quibus si Græcam addi Superiorum deliberaretur con-
silio, metam pro certo in hoc studio currentes Eloquentie attrin-
gerent. Latine doctus nemo haberi potest, ait Cicerus, qui in Græcis
libris hospes est. Sciant enim prose scriptores Latini vocabulis
et locutionibus Græcis quamplurimis, et Poete Hellenismis, ut eorum
Interpretes passim ad Græcam linguam confugere necesse habeant.
Ergo servato ordine Chronologico, Iustus Fontanini in sua Biblio-
theca Italice lingue primo studiosis indicabitur. Copiam Autho-
rum suppeditabit, quamvis non ordine Chronologico Iustus Fon-
tanini in sua Bibliotheca. Manius Presumbeni, et Theodorus
Muratori historiam Italice Lociis discrete et luculenter tradi-
derunt. Porro Adolescentes nostri initia e Buonmattei Gram-
matica, et Cironij, necnon observationibus Sacciolati, a Cironio
et Alunno accuratis Lexicographis adiuti ad vim et proprietate-
m vocabulorum intelligendam accipient. Has exercitationes
excipiet celebriorum Authorum, qui hucusque floruerunt, præ-
cipue seculo sexodecimo, lectio; ex quorum multitudine deligi poterunt
Cato, Senebrus, Caro, Papavanti, Castiblanco. Augustinus Robi collegit
selectiora Lociarum omnis ævi; Sippio Maffei tragicas elucubrations.
Ut autem sumptus parcamus, quantum fieri potest, ne multiplici
et variâ lectione, quæ apprimè cavendum, memoria et iudicium Ado-
lescentum obruatur, perturbetur, decernimus singulis comparandam
et continuis legendam la raccolta di prose, e poesie ad uso delle Regie
Scuole di Piemonte in duobus tomis divisa, et edita a Hieronymo
Tagliacuti celeberrimo viro, et poliorum literarum oculo, que
exborum instar erit, cum opera cuiusvis generis celebriorum
Authorum aurea combineat.

Hinc grammaticæ legibus, proprietate, et vi vocabulorum initiati,
Eloquentie præceptis, et coepta Oratorum, Poetarum, aliorumque
omnis generis scriptorum frequentia, facile pervenient Ado-
lescentes nostri ad rectè scribendi peritiam, quam certè adse-
quimur Authorum, quos legimus, imitatione, et regularum
applicatione. Quod apprimè fiet, si exerceantur Latina Italica
Italica lati =

Italica Latine vertere, id, quod facti fuerunt, et proceperunt optimi tam
 veterum, quam recentiorum scriptorum quique. Hoc scriptores ut
 probe Titones imitentur, assuescant Splendidiora loca, que ipsi le-
 gentibus occurrerent, advertere, declarare, consulere. Utile idcirco
 admodum erit diversos Authores, qui de eadem materia tractaverint
 percurrere, et locutionis diversitatem, colores, atque formas, necnon
 sententiarum lumina observare, quidve melius cogitatum, et
 compositius dictum sit, conferre, recognoscere. Hoc ad adolescentum
 paulatim acuetur, formatique iudicium. Henricus Stephanus
 loca collegit precipua, que Cicero decerpit a grecis oratoribus. Julij
 Cesar Scaliger in Poetica, et Casobius in Horatii Commentarijs quic-
 quid Virgilii, et Horatii a grecis Poetis acceperunt. Lami in suis
 Parallelis, cum de demosthenis et Ciceronis verba faceret, studia quibus
 ij vacarunt, ut celebres eloquentia evaderent, aperuit, recognovit.
 Sturmius denique, et Bartholomeus Præci in tractatu de Imitatione
 collegit quamplurima celebriorum scriptorum loca, et inter se
 ea comparavit. Ludovicus item Casbelvetius in Commentarijs
 operum Lætare, et Cæc. loca a grecis et latinis desumpta
 recognovit, annotavit. Eadem collationes leguntur in annotationibus
 Sulpicij Gentili in Tapum. Interea cum Adolescentes didicerint
 linguarum, et eloquentie, cognitiones, ideas, et notiones clare explicare,
 resque rite disponere, prima assuescant suo Marte Epistolas pro-
 ducere, dein loca communia, dissertationes, declamationes, et
 similia; sicque passim facilitate, inveniendi, et disponendi compa-
 rata, ad orationes, Historias, Poemata, aliaque cuiusve generis
 scripta concinnanda perveniant. —

Cæterum rogamus, hortamurque Institutores nostros, ut Quintilianum
 Rollinum, Lami, qui de studio humaniorum literarum largè scripsit,
 scripserunt, atque Joannis Josephi Orsi in artem rectè cogitandi
 animadversiones diligenter perlegant, ut quem ipsi literarum
 saporem, et methodum eas docendi ex hisce Authoribus hauserint
 sentim Adolescentibus degustandum exhibeant. —

Hæc iudicia, hæc methodus non ita a nobis exhibentur, ut Superstitiosè
 eo ordine adhibito, eâ rerum, et Authorum lectione servatâ
 dirigantur Rhetorices Candidati. Prudentie Institutorum erit, si
 forte ingeniorum perspicuitas, et temporum opportunitas
 id postulet, multa ex ipsi, que seriatim, et ordinatim tractanda,
 et explananda consulimus, simul, et coniunctim tractare, et
 explanare. Quâ ratione, poterunt Latina et Italica lingua una
 interpretari; Chronologia temporum, et Authorum, Geographia

recens, et vetus, atque consuetudinum, et opinionum ratio, una
 eisdem criticis. Poetis, et Oratoris precepta tradi, coniunctim
 et partes Logice, et moralis Philosophiæ ad formandum iudicium
 et eloquentiam scitu necessariæ, statutis diebus, et interposito
 horarum intervallis; pleræque denique delibari poterunt, que
 ad maturiorem ætatem, et absolutis gravioribus studiis, com-
 modius et utilius differantur, resumantur.

Quamvis ad plenam humaniorum literarum institutionem et profectum li-
 brorum plerisque, quos in data methodo laudatos meminimus, idoneos
 apprimè fore censeamus; q̄ paucos tamen, quos infra annotabimus,
 Rhetoricæ Candidatis habendos suademus. Scilicet =

Compendium de Antiquitatibus Romanis. S. H. Nicupoort.

Joseph Cantelius de Republica Romana.

Il. Catechismo Historico di Claudio Steuri.

Costumi degli Israeliti, e de Cristiani del medesimo.

Red publicæ Sæcorum Ubbonis Emmij.

Geographia vetus et nova Philippi Luverij.

Strabonianum temporum Dionysij Lesavij.

La Biblioteca Italiana di Giusto Fontanini.

Le Grammatiche di Claudio Lancellotto, e di Benedetto Buonmattei.

Dictionarium Ambrosij Calepini.

L'Ortografia di Giacomo Facciolati; o l'Vocabolario ad uso S. Nucle di Torino.

Elegantie Latine Laurentij Valle.

Laobitiones Oratoris, Ferardi Vossij.

Epistolæ ad Familiares, Officia, et Orationes Marci Tullij Ciceronis.

Historiæ Iustini, et Titi Livij.

Cornelius Nepos.

Libri metamorphoseon Publij Ovidij.

Virgilij maronis Epyca; con la traduzione dell'Eneide d'Annibal Caro.

Horatij Flacci Poemata.

Poeti d'ogni secolo d'Agostino Solbi.

Lettere d'Annibal Caro.

Prose, e Poetie raccolte da Girolamo Tagliacucchi.

Primario di Girolamo Ruscelli.

Brevem Philosophiæ hystoriam, quæ Praefationis loco esse poterit Adolescentibus contextent Professores nostri. dehinc logicam, postmodum metaphysicam explanandas suscipiant et Recentiorum quidem placitis, sed ita tamen, ut in vulgariis illis veterum disputacionibus paululum immorari non dedignentur: quum enim iuras scholarum phrasas, distinctiones, ut ajunt, eticas etiam, si placeat, et sophismata tenere, tum id precaveatur, ne in ea palestra exerciti nobis huarum doctrinarum exprobrans ignorantiam.

In Physicis latius expatari licet. Veterum sententiæ expendantur: sistemata Recentiorum declarentur nulli se deovendo, sed omnia excubiendo, et quicquid scitu dignum, observationes, experimenta, nova inventa, quæque ad Artium incrementa, et humanæ societatis commodum faciunt colligendo, exponendo, illustrando. Ab Hypothesibus cavendum potissimum arbitramur, neque alia methodo utendum, quam disputatoria, et ab ea, quæ in scholis obtinet, non multum abhorrente.

Sub ipsum Philosophiæ initium statim quibusdam diebus Adolescentibus primis sex libri Elementorum Geometricorum ex Euctide explanabuntur, quibus addere licet undecimum et duodecimum Solidorum, et Arithmetricam numeralem, non vero liberalem, quam Algebra vocant, cum hominem fore ab omni alio studio vacuum postulet, et a Theologicarum rerum studio et amore abducatur.

Methodus Studij Theologici.

Sacrae doctrine Religiosis Tyrannibus ad tam sanctam et augustam facultatem aditus aperiendus est Praefatione, quæ ipsis explicet, quid sit Theologia, quod sit, qui eius finis, quod eius obiectum: Tum statim de principiis, quibus Theologia superstructa est, agendum, nimirum de verbo dei scripto et tradito, atque de medijs, quibus divina ab humanis Traditionibus discernuntur, scilicet de universæ Ecclesiæ sensu, de Conciliorum generalium, et Romani Pontificis auctoritate, atque de unanimi sanctorum Patrum consensu. Addenda postmodum erunt nonnulla de rationis naturalis, linguarum, dialecticæ, Philosophorum auctoritatibus, Hystoriæ, aliarumque scientiarum profanarum, de rebus ad Religionem spectantibus, usu et abusu. Harum quidem verum brevis esse poterit, et compendiosa pertractatio. Sed cum de Ecclesiâ agerent Professores, ibi aliquantulum eos immorari vehementer cupimus, hortamurque, ut veræ Ecclesiæ notas diligenter expendant, easque soli Ecclesiæ Romane convenire contra Novatores ostendant. Et eorum monendi erunt consulendique Theologi candidati, ut Meliorem Canonum de Locis Theologicis attentè perlegant, si quisque uberiores illorum scientiam, verborumque simul elegantiam ex eius lectione comparent.

8
Iam vero ipsa sacra doctrina per manus sumenda erit, capiendaque exordium
a tractatione de deo, et divinis attributis, de scientia dei, de voluntate, de
predestinatione sanctorum, de vitio, quætionibus inutilibus rejectis. —
Hos tractatus excipient tractatus duo, unus de Trinitate, alter de Incarnatione
in quo de Gratia Christi mediatoris. —

In Tractatu de Trinitate sibi potissimum confirmandam Trinum divinarum Per-
sonarum distinctionem adversus Sabellianos, Filij et Spiritus sancti divinitatem
adversus Arianos, Socinianos, et Macedonianos, ex libris, institutisque sacris
assument Professores. Hæreticam istarum brevem sicut locis hystoriam con-
firmabunt. Spiritus sancti a Patre et Filio processionem adversus Grecos sta-
tuent, atque de tempore, quo addata fuit Symboli particula Filioque, in-
quirent. Eius vero a ratione naturali desumptas passim congerent Scho-
lastici ad explicandam processionem Filij a Patre, processionem Spiritus
sancti a Patre et Filio, memorabunt quidem, sed nulli eorum asserzioni acquies-
cent, imò nullam satis probabili fundamento inniti, nec ad rem esse
ostendent. —

In Tractatu de Incarnatione catholicam doctrinam de unione hypostatica
duarum naturarum in una sola Jesu Christi naturarum Persona adve-
sus Nestorium, de duarum Jesu Christi naturarum existentia reali atque
confusione, et commixtione adversus Eutydem, de duabus Jesu Christi vo-
luntatibus, et duabus operationibus adversus Monothelitas explicandam
vindicanamque sibi præsertim proponunt Lectores nostri. Hæreticam postmodum
de satisfactione Jesu Christi, atque illam questionem, An dici possit unus
de Trinitate papus, dicunt ex Cardinali Norisio, qui totidem hæc in re
dissertationem scripsit: de cultu demum, qui debetur Christo, atque hic data
occasione de cultu Beatissimæ Virginis, ejusque perpetua Virginitate, de
cultu et cultu Crucis, de intercessionibus et invocatione sanctorum, de illo-
rum sanctarumque Imaginum et Reliquiarum cultu, ubi contra Hæreticos
egrotosque Novatores de ipse Virginitate, et contra Iconomachos, aliosque
Recentiores Hæreticos invocatio sanctorum, eorumque cultus, sicut et
Imaginum et Reliquiarum propugnandus se se offeret. —

Cum ventum fuerit ad Gratiam Christi mediatoris, uberior sit earum
verum explanatio que spectant ad plenam Pelagianorum, Semipelagia-
norum, et novissime Jansenistarum hæreticam sententiam, atque fides
Catholica contra eos certissimis argumentis asperatur. Eius vero in utramque
partem in Scholis agitantur, induant Professores, atque principaliora
diversarum opinionum fundamenta in medium proferant: illudque
ventum sanioris consilij erit, si in re tam obscura, tamque incerta, atque
in tantis Studiis partium, tamque contentione nulli se se devoveant
opinionem. —

Harum verum tractandarum methodus erit disputatoria, et ea ferè,
que in Scholis

9
que in scolis habent. Nihil interim eorum omittatur que ad Styboniam, et
Dogma pertinent. Utium in sententias pro ceteris sequendum proponimus, et
immortalem virum Dionisium Lebauium in suo incomparabili opere Theo-
logorum dogmatum, atque Mabillonium in Annalibus Benedictinis et mu-
seo Italico ubi clarissimus hic Auctor habet sane multa, que plurimum lucis
et eruditionis nonnullis ijs questionibus afferent, quas in tractatu de Trinitate,
et Incarnatione agitandas diximus. —

Et hoc quidem matutini studij argumentum, atque ordo:

Pomenidiani vero erit Sacrorum Canonum doctrina, quam sapienti sane consilio
methodice tradendam Ven. definitory Patres decreverunt. Huic studio aditum
aperiet Lexatio, que erit de origine, et divisione Juris Ecclesiastici: Universa
illius pertractatio in tres partes distinguetur, quarum prima erit de Personis
altera de rebus, tertia de Judicijs Ecclesiasticis. Consulant Profectores Caudij
Fleury Juris Ecclesiastici Institutiones, quas Latinas reddidit, et cum animad-
versionibus Justij Henningij Boehmeri edidit Joannes Daniel Souber; unde
Partitio ista depumpta est. Suggestabit ille rerum pertractandarum ma-
teriem, tum etiam prestantiores suggeret Auctores, et quibus uberior copia
cum opus fuerit, erui possit. Potiora seligeat, et utiliora; atque in prima
parte diligentius agat de Statu Religioso, in secunda vero accuratius ac
fusiis de Sacramentis in genere, et de ijsdem singillatim. Interim monitos
eos volumus, ut perlegant etiam Institutiones Gasparri in Lyceo Romano
Juris Ecclesiastici Professoris, eumque ducem habeant in ijs emendandis,
que minus castigati, ac paulo liberius more Gallorum identidem scribit
Fleury. —

Sed et pomenidianis Institutionibus continebitur Tractatus de Actibus hu-
manis, ubi agetur de Actu humano in genere, de Voluntario, et Involuntario
de voluntario libero, de ijs, que causant Involuntarium, de circumstantijs
Actus humani, de moralitate Actuum humanorum, de Conscientia in
genere, eiusque divisione. Appendix addi poterit de Peccatis, que inqui-
ret de Peccatis in genere, de peccato mortali et veniali, de distinctione
Peccatorum, de Peccatis internis et externis, de malitia, et reatu peccati
de causis a peccato excusantibus, ac demum de Propositionibus, quas
decretis huius Romani Pontificis damnaverunt. —

fnō que

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second section of faint, illegible text, appearing as ghostly impressions.

Third section of faint, illegible text, continuing the ghostly impressions.

Fourth section of faint, illegible text, showing some darker spots and a horizontal crease.

Fifth section of faint, illegible text, with a prominent horizontal crease across the middle.

Sixth section of faint, illegible text, appearing very light and faded.

Final section of faint, illegible text at the bottom of the page.

Methodus studiorum
ad usum Congregationis de Somascha
per rei literariae Moderatores deputatos exhibita
atque anno 1741
iussu D. IOANNIS BAPTISTAE RIVA Praepositi Generalis
insinuata.

Metodo degli studi in uso presso la Congregazione di Somascha steso dai Moderatori delle materie letterarie [incaricati] e introdotto nell'anno 1741 per ordine del P. GIOVANNI BATTISTA RIVA Preposito Generale

Nos D. Joannes Baptista Riva Praepositus Generalis Congregationis de Somascha dilectis in Christo Filiis Rhetorices, Philosophiae ac Theologiae Professoribus salutem in Domino.

Noi D. Giovanni Battista Riva Preposito Generale della Congregazione di Somascha ai diletti figli in Cristo professori di retorica, filosofia e teologia, salute nel Signore

Cum methodum de studiis literarum et scientiarum in nostri scholis instituendis stabiliendam (quod provide certe a Rev.mo P. D. Petro Paulo Gottardi Antecessore nostro in Definitorio Vicentiae habito iam decretum, nuper Mediolani a P.P. Definitorii plenissime comprobatum ac definitum fuit) nobis exhibuerint totius rei literariae moderatores,

Avendoci i moderatori delle materie letterarie presentato il metodo sugli studi letterari e scientifici da osservarsi nelle istituzioni delle nostre scuole (che certo provvidenzialmente fu decretato nel Definitorio di Vicenza dal rev.mo P.D. Pier Paolo Gottardi nostro predecessore, ultimamente dai Padri del definitorio a Milano pienamente riconfermato e definito)

muneris nostri pretium duximus eandem universis et singulis Congregationis nostrae Patribus, qui Clericis et Novitiis erudiendis praesunt, mittere.

abbiamo considerato compito del nostro ufficio trasmetterlo a tutti e ciascuno dei Padri della nostra Congregazione, che attendono all'istruzione dei chierici e dei novizi

Quapropter sicuti in decretis paulo ante editis inuimus, publicae utilitati et profectui apprime consulentes, oramus, obtestamurque Professores omnes ut demandatam studiorum rationem auspiciato exequantur, in eam adducti spem, quod juvenus nostra ex nova hac institutione uberiores percipiat et maturiores sapientiae fructus.

Pertanto come nei decreti poco prima emanati abbiamo accennato, ricercando prima di tutto la comune utilità e profitto, preghiamo ed esortiamo tutti i professori che come auspiciato mettano in esecuzione il presente metodo degli studi, nella speranza che i nostri giovani da questo nuovo ordinamento ricevano più abbondanti e maturi frutti di sapienza.



Quoniam vero tres annos absumendos iri in theologicis tractatibus percurrendis, duosque in philosophicis sufficere dijudicamus; idcirco post actum Philosophiae cursum perutile, imo necessarium nobis videtur, annum intermedium impendi debere literis humanioribus resumendis; unde fiat quod studiosi adolescentes robustiori eloquentia facile eminebunt, ubi lux philosophiae accesserit.

Poiché riteniamo sufficienti tre gli anni da destinarsi per lo studio dei trattati teologici, e due per i filosofici; compiuto perciò il corso della filosofia, utilissimo anzi necessario a nostro giudizio, deve essere impiegato un anno intermedio per riprendere gli studi letterari superiori di umanità, con la conseguenza che i giovani studenti facilmente diventeranno eminenti con un'eloquenza più robusta, dove la luce della filosofia abbia avuto l'accesso.

Rogamus ideo Adm. RR. Patres Visitatores, ut iniuncti ministerii officio, praescriptam hanc methodum unice mandent attendi; neve ab ea recedant, Institutores nostros incitabunt, animabunt, urgebunt.

Preghiamo perciò i molto rev. di Padri Visitatori, che nell'esercizio del ministero loro affidato, comandino di attenersi unicamente a questo prescritto metodo ed inciteranno, animeranno e stimoleranno i nostri Istitutori a non recedere da esso.

Superiorum denique curae et vigilantiae erit eorundem commodo et usui idoneos libros comparari, in quantum fieri potest, cum haec sit potissima Juventutis suppellex.

Sarà infine cura e vigilanza dei superiori per la comodità e l'uso degli stessi procurare, per quanto possibile, idonei libri, essendo questa la suppellettile più preziosa della gioventù

Methodus Studii humaniorum literarum recte instituendi

Metodo e istituzione degli studi letterari superiori di umanità

Adolescentes nostros, qui ex superiorum iussu humanioribus literis operam navant, ea latinae linguae saltem cognitione imbutos esse praesupponimus ut, sine lexicorum subsidio, faciliores scriptores intelligere, et rerum scriptarum sensa scite assequi queant.

Presupponiamo che i nostri giovani, che per disposizione dei superiori devono impegnarsi nello studio delle lettere umane superiori, abbiano almeno quella conoscenza della lingua latina da capire, senza il sussidio del lessico, gli scrittori più facili e comprendere il senso dei testi scritti.

Si qui tamen grammaticae praeceptis adhuc exerceri postulent, ea petantur a Vossio et Scipio, qui a Julio Caesare Scaligero et Francisco Sanctio desumptas, breves una et ad naturalem rationem et ad simpliciora principia accomodatas observationes et regulas tradidere.

Se tuttavia avranno bisogno di esercitarsi ancora con le regole della grammatica, si rivolgano a quelle che Vossio e Scipio, desumendole da Giulio Cesare Scaligero e da Francesco Sanzio, brevemente razionalmente e ordinate con principi elementari hanno tramandato con opportune osservazioni e regole.

Porro ergo meminimus cum Joanne Clerico, primo humaniorum literarum candidatos mediocri saltem Geographiae cognitione dirigendos, ut latinos scriptores legentes historiam rerum scriptarum perspicue advertant.

Pertanto con Giovanni Clerico ricordiamo che per prima cosa i candidati agli studi letterari superiori devono essere diretti ad una conoscenza almeno mediocre della geografia, affinché leggendo gli scrittori latini comprendano chiaramente la storia delle cose scritte.

Utantur ideo professores *Compendio Geographico* Philippi Cluverij cum notis Bunonis subque oculis tyronum exhibeant *Tabulas ad usum Seminarii Patavini* editas, ubi nomina antiqua regionum, nec non recentiores de L'Isle, ubi nova adscripta sunt.

Perciò i professori usino il *Compendio Geografico* di Filippo Cluverio con le note del Bunone e mettano sotto gli occhi degli alunni le *Carte (Tabulas) Tavole geografiche edite ad uso del Seminario di Padova*, dove sono ricordati i nomi delle regioni antiche, e le più recenti di de l'Isle, dove sono ricordati quelli delle nuove.

Detur et iis levis Chronologiae notitia, quae docet, quo tempore res praecipuae scitu dignae evenerint, et viri celebres, qui literis floruerint, vixerint.

Si dia anche una sommaria informazione sulla Cronologia, da cui si conosca in qual momento storico i fatti più importanti siano avvenuti e il tempo in cui vissero gli scrittori più celebri

Utile ad hoc apprime erit primam saltem partem *Rationarij temporum* a Patavio editi pro manibus habere, *Historiam antiquam* Christophori Cellarij et *Epitomen ab initio mundi usque ad Carolum Magnum* Joannis Clerici.

Utile allo scopo sarà avere tra le mani almeno la prima parte del *Rationarij temporum* edito dal Petavio, la Storia antica di Cristoforo Cellario e l'Epitome dall'inizio del mondo fino a Carlo Magno di Giovanni Clerici.

Addi etiam potest *Tabulae Chronologicae*, quales sunt Petaviana; praeterea haberi oportet *Lexica Historica*, et *Geographica*, *Historiam et Geographiam* tradidere iunctim Hofmannus et Moreri. Separatim *Geographiam* Baudrandus et Martiniere.

Si potrà avere anche le Tavole Cronologiche del Petavio; inoltre sarà opportuno avere Lessici storici e geografici: Hofmann e Morero trasmisero congiuntamente storia e geografia, mentre Baudrando e Martiniere separatamente la geografia.

Invisatur denique *Bibliotheca* Fabritii, qui ordinate authores latinos collegit, eorumque operum iudicia et editiones attulit; eodemque tempore sedulo indicabuntur et adnotabuntur incrementa, decrementa, ortus, diversique status feliciorque linguae latinae aetas.

Si percorra infine la Biblioteca del Fabrizio, che ha raccolto ordinatamente gli autori latini, riportando valutazioni sulle loro opere e le loro edizioni; nello stesso tempo assiduamente si indicheranno e annoteranno progresso, decadimento, gli inizi, i vari stadi e l'epoca migliore della lingua latina

Quoniam vero in omnibus scriptoribus, ait Clericus, innumerae sunt allusiones ad consuetudines ac opiniones eorum temporum, quibus scripsere, quae in numero habendae sunt, ut ea, quae legimus, intelligamus, idcirco necesse duximus et nos *Commentaria de Consuetudinibus Veterum* scrutari eaque diligenter pervolvere.

Poichè poi in tutti gli scrittori, asserisce Clerici, innumerevoli sono le allusioni alle consuetudini e alle opinioni di quei tempi, in cui scrissero, da avere in un elenco, per capire ciò che leggiamo, abbiamo perciò ritenuto necessario anche noi indagare e diligentemente percorrere i *Commentari sulle Consuetudini degli antichi*

Polybio, Dionysio Alicarnassaeo, Plutarco, aliisque plurima ad Romanos mores et opiniones pertinentia debemus; recentiores tamen ex omnibus collegerunt plenam earum descriptionem et indices, inter quos utilem operam navarunt rebus romanis Joannes Rosinus, Joseph Cantelius, G.H. Nieuport, Thuillius, Ubbo Emmius; graecis Poterius et Freitius, qui *antiquatum homericarum Commentaria* edidit; et Pitiscus graecis et romanis simul acuratissimo *lexico*; Cunaeus et Fleury inter alias haebraicis.

A Polibio, Dionigi di Alicarnasso, Plutarco e ad altri dobbiamo molte cose relativamente ai costumi e opinioni dei Romani ; tuttavia recenti scrittori da tutti raccolsero di queste cose una descrizione completa e deli indici, tra i quali sono utili Joannes Rosinus, Joseph Cantelius, G.H. Nieupart, Thuillius, Ubbo Emmius per i Romani; per i greci Poterius e Freitius, che ha edito i Commentari delle antichità omeriche; Pitisco per greci e romani insieme con l'accuratissimo lessico; Cunaeus et Fleury tra l'altro per gli ebrei

Interea horum Authorum commercio coertiores fient studiosi humaniorum literarum generalibus artium et vocabulorum ipsis pertinentium, notionibus, qualès sunt belli, nauticae, magistratum, nec non ritibus sacris et prophanis, sine quorum saltem levi notitia impossibile admodum est probe scriptores intelligere.

Nella familiarità con questi autori gli studiosi delle lettere umane superiori conoscano con profondità le nozioni generali pertinenti alle arti e ai vocaboli, come p.e. della guerra, della nautica, dei magistrati, come pure dei riti sacri e profani, senza la cui conoscenza, sia pur modesta/superficiale è impossibile correttamente comprendere gli scrittori

Addatur non levis cognitio, ut inquit Clericus - cap. 1 *Sylvar. Philologicar.*, earum philosophiae partium, quarum peritia acuitur iudicium, et mores ad societatem civilem componuntur: Logicam nimirum et Ethicam, quas tamen per extensum non percurrendas censemus.

Si aggiunga una accurata conoscenza, come dice il Clerici - cap. 1 *Sylvar. Philologicar.* - di quelle parti della filosofia, la cui perizia acuisce il giudizio e i costumi vengono ordinati per la costruzione della società civile: la logica in particolare e l'etica, che tuttavia giudichiamo da non percorrere per esteso.

Summarie docendae regulae principaliores ratiocinii, idaeorum et methodi; et legantur et declarentur *Officia* Ciceronis, tractatus et *de officio hominis et civis* edito a Puffenderffio viro celeberrimo, iis omissis quae non scripsisset si orthodoxus fuisset; necnon *Theophrasti characteres* cum adnotationibus. Si methodice *Ethica* exercendi censerentur adolescentes, lectionem *Ethicae* Purcotii prae aliis utique consuleremus.

Sommariamente dovranno essere insegnate le regole più importanti del raziocinio, delle idee e del metodo ; sia letto e declamato gli *Officia* di Cicerone, il trattato *de officio hominis et civis* edito dal celeberrimo Puffendorff, omesse quelle parti che non avrebbe scritto se fosse stato ortodosso come pure i *Theophrasti characteres* con le annotazioni. Se si riterrà opportuno di far esercitare metodicamente i giovani nell'Etica, consiglieremmo di preferire la lettura dell'*Etica* di Purcozio.

Hisce iactis fundamentis erudiri poterunt communioribus rethorices et poetices praeceptis, quae desumantur a Gherardo Vossio et a Patre Lamy, neve lectionem Quintiliani, Scriptoris ad Herennium et Horatii praetereant institutores, e quorum libris, veluti e fontibus, centones recentiorum profluxerunt omnes, ut iis universae eloquentiae communia videantur elementa.

Posti questi fondamenti potranno essere eruditi nelle più comuni regole della retorica e della poetica, che si desumano da Gherardo Vossio e dal P. Lamy e neppure tralascino gli insegnanti la lettura di Quintiliano, dello scrittore ad Erennio e di Orazio, dai cui libri, come da fonti, sono derivati tutti i centoni più recenti, dato che ad essi sembrano essere comuni gli elementi di tutta l'eleoquenza

Lodovicus Vives - in lib. 3 et 4 *de tradendis disciplinis*, Joannes Clericus - in 1 tomo *artis criticae*, Vincentius Gravina - in Orat. *De Studiorum Instaurazione*, item in opuscolo *de conversione doctrinarum*, seriem praebent authorum ex ordine in scholis

legendorum, ex quibus pleraque horum, quae hactenus diximus et dicendorum hausimus.

Lodovico Vives - nel lib. 3 et 4 *de tradendis disciplinis* -, Joannes Clericus - nel 1 tomo *artis criticae* -, Vincentius Gravina - nell'Orat. *De Studiorum Instauratione*, come pure nell'opuscolo *de conversione doctrinarum* -, offrono una serie di autori da leggersi successivamente nelle scuole; da essi abbiamo attinto la maggior parte delle cose che fin qui abbiamo detto e diremo.

Qua in re tamen cavere cogimur, ut tempore hisce studiis praefinito et sumptui consulamus; praeterea non sunt obruendi tirones multitudine librorum. Id autem, ut ordinatim fiat, et fructuose, ab iis incipiendum, qui facili stylo, sive facilitas ex argumento nimirum ipso, sive elocutione oriatur.

In questo intento siamo costretti a guardare per questi studi al tempo stabilito e all'intento; e inoltre non sono da aggravare gli studenti con una moltitudine di libri. Per far sì che questo avvenga ordinatamente e fruttuosamente, bisogna incominciare da quelli di stile facile, sia per lo stesso argomento, sia per l'elocuzione/periodare.

Ex quo colligimus non posse initio scriptorem ullum utilius legi Terentio, et Phedro, nec perfunctorie, sed summa adhibita cura, ut probe puritas et elegantia sermonis advertatur.

Dal che concludiamo che inizialmente nessun scrittore può più utilmente, e giovevolmente, essere letto di Terenzio e Fedro, ma con somma cura così da avvertire la purezza e l'eleganza del dire.

Continuo invisendas, et putamus, et persolvendas *elegantias latinas* a Laurentio Valla collectas.

Continuamente sono da vedere e, crediamo, da spiegare le eleganze latine raccolte da L.Valla

Antequam ad alios scriptores progrediamur, necesse est scire fabulas et historias.

Hinc adolescentes exercentur Justini historia, quinque prioribus libris Diodori Siculi, Julii Hygini fabulis, sed prae caeteris apprime Ovidii *Metamorphoseon*; unde usque ad Romanorum tempora, quid veri, quid ficti ferat antiquitas, agnoscant.

Prima di passare ad altri scrittori, è necessario conoscere le favole e le storie.

In questo i giovani si esercitino con la storia di Giustino, con i primi cinque libri di Diodoro Siculo, con le favole di Giulio Hygino, ma particolarmente con le *Metamorfosi* di Ovidio, di modo che conoscano ciò che l'antichità fin dai tempi dei Romani tramandi di vero e di falso (immaginario)

Res Romanorum scripsere Velleius, Lucius Florus, Titus Livius, quos praecipue attendendos legendosque consulimus, commendamus. Hisce addat lectio Ciceronis epistolarum *ad Familiares* cum notis Pauli Manutii quas optandum esset ordine tempore dispositas iri, lecta prius Auctoris vita a Plutarco, sive ab alio recentiori scripta, quam lectione subsequuntur Salustius, Caius Nepos et Julii Caesaris *Commentaria*.

Delle vicende dei Romani scrissero Velleio, Lucio Florio, Tito Livio: a questi principalmente, giudichiamo, si rivolga l'attenzione e la lettura, e raccomandiamo. Si aggiunga poi la lettura delle lettere di Cicerone *ad Familiares*, con le note di Paolo Manuzio che si desidererebbero disposte in ordine cronologico, letta prima la vita dell'autore scritta

da Plutarco o da altro più recente. A questa lettura seguano Sallustio, Caio Nepote e i Commentaria di Giulio Cesare.

Postea ad Orationes Ciceronis deveniendum erit, et faciliores inter alias legendae, quales sunt pro Marco Marcello, pro Archia poeta, pro lege Manilia, Catilinaria etc., quae, ut reliqua omnia, non celeri sed accurata lectione percurrendae, adeo ut quam pauca in iis remaneant loca legentibus obscura.

Si passi poi alle Orazioni di Cicerone, leggendo le più facili, tra le quali sono pro Marco Marcello, pro Archia poeta, pro lege Manilia, Catilinaria etc., cose tutte, come le altre, da percorrersi non superficialmente ma con un'accurata lettura, in modo che ben pochi passi rimangano oscuri ai leggenti.

Hos et singulos quos supra adnotavimus Authores non ita suademus legendos, quasi aut omnes aut soli necessarii, sed ut ostendamus cum melioribus criticis quis delectus legendorum et quare sic progrediendum.

Esortiamo a leggere questi e i singoli autori sopra ricordati non quasi che siano i tutti e i soli necessari, ma per far apparire con i migliori critici quale sia il diletto/gusto/piacevolezza delle cose lette e perché così si debba procedere.

Uti iisdem criticis placuit, scriptoribus prosae orationis adnectatur et lectio poetarum, inter quos ad perpetuam exercitationem styli prae manibus inter caetera latinorum opera *Eneides*, *Eclogae* et *Georgica* Virgilii et aequalis amici Vatis *Odae* Horatii, qui fere unus, authore Quintiliano, digna legi scripsit.

Secondo il parere degli stessi critici, agli scrittori in prosa si aggiunga anche la lettura dei poeti, tra i quali per un continuativo esercizio dello stile si abbia tra le mani tra le altre opere dei latini l'Eneide, le Egloghe e le Georgiche di Virgilio e le Odi di Orazio, l'amico del vate, che è quasi l'unico, a parere di Quintiliano, che abbia scritto qualcosa degna di leggersi.

In explicandis tam solutae quam metro strictae orationis scriptoribus, sedulam adhibeant curam professores, ut recte ac scite interpretetur, et declaretur, quae propria vocabulorum significatio, et ethimologia, quae analogica, quae simplex, quae figurata locutio, utque singulorum ingenium, et stylus degustetur.

Nello spiegare la metrica libera o sciolta adoperata dagli scrittori, i professori usino una continua cura, che rettamente e scientemente si interpreti e si declami, quale sia il significato letterale dei vocaboli, l'etimologia, quale l'analogica, quale la semplice, quale la figurata allocuzione, per assaporare il carattere e lo stile di ognuno.

Denique assuescant tyrones in legendo Syntaxin cuiuscumque vocabuli advertere, et praecepta agnoscere, quae commissa cum exemplis, et assidua styli exercitatione firmius inolescent animis, quam recitata memoriter, inquit Vincentius Gravina.

Infine abituino gli studenti nel leggere a riconoscere la sintassi di ogni vocabolo, e riconoscere le regole, unite ad esempi, e più fermamente si radichino negli animi con l'assidua esercitazione dello stile, che non con la recitazione a memoria, come dice V. Gravina.

Quoniam vero instituti potissimum nostri est non tam latinae, quam italicae linguae consulere, coniungenda ideo in scholis humaniorum literarum, tradendaque cum latina italica eloquentia, ut juvenus nostra ex hac utriusque linguae exercitatione uberiores fructus percipiat; quibus si graecam addi superiorum deliberaretur consilio, metam pro certo in hoc studio currentes eloquentiae attingerent.

Poiché poi al nostro Istituto è di grandissima importanza aver cura non tanto della lingua latina, quanto dell'italiano, bisogna pertanto che nelle scuole superiori di umanità sia

congiunta e insegnata con la latina l'eloquenza italiana, affinché la nostra gioventù dall'esercizio di ambedue tragga maggiori frutti; se poi, a giudizio dei superiori, si aggiungerà la greca, certamente raggiungeranno la meta coloro che si esercitano in questo studio dell'eloquenza.

Latine doctus nemo haberi potest, ait Clericus, qui in Graecis literis hospes est. Scitent enim prosae Scriptores latini vocabulis et locutionibus graecis quamplurimis, et poetae Hellenismis, ut eorum interpretes passim ad graecam linguam confugere necesse habeant.

Nessuno potrà ben conoscere il latino, dice il Clerico, chi non abbia dimestichezza con il greco. Infatti la prosa degli scrittori latini deriva in gran parte dai vocaboli e dalle allocuzioni greche e i poeti dall'ellenismo, di modo che i loro interpreti continuamente devono ricorrere alla lingua greca

Ergo servato ordine chronologiae italicae linguae primo studiosis indicabitur. Copiam Authorum suppeditabit, quamvis non ordine chronologico Justus Fontanini in sua Bibliotheca; Marius Crescimbeni et Lodovicus Muratori historiam Italiae poesis diserte et luculenter tradiderunt.

Pertanto osservando un ordine cronologico, agli studenti sarà prescritto dapprima lo studio della lingua italiana. La Biblioteca di Giusto Fontanini fornirà abbondanza di autori, anche se non in ordine cronologico; M. Crescimbeni e L. Muratori storia e poesia dell'Italia eloquentemente e splendidamente hanno trattato.

Porro adolescentes nostri initia e Buonmatthei Grammatica et Cionacii, necnon observationibus Facciolati a Cinonio et Alumno accuratis Lexicographiis adiuti ad vim et proprietatem vocabulorum intelligendam accipient.

I nostri adolescenti, iniziando con la Grammatica del Buonmattei e del Cionacio e aiutati dalle accurate osservazioni di Facciolati da Cinonio e Alunno sui Lessicografi, incomincino a comprendere il senso e la proprietà dei vocaboli

Has exercitationes excipiet celebriorum authorum, qui hucusque floruerunt, praecipue saeculo sextodecimo, lectio; ex quorum multitudine deligi poterunt Casa, Bembus, Caro, Passavanti, Castilionaeus. Augustinus Gobbi collegit selectiora Poetarum omnis aevi; Scipio Maffei tragicas elucubrationes.

Queste esercitazioni comprendano la lettura degli autori più celebri, che fiorirono fino a questo momento, principalmente nel sec. XVI; tra la loro moltitudine si potranno scegliere Casa, Bembus, Caro, Passavanti, Castilionaeus. Agostino Gobbi fece una raccolta dei Poeti di ogni epoca; Scipione Maffei sublimi elaborati.

Ut autem sumptui pareamus, quantum fieri potest, neve multiplices, et varia lectione, quod apprime cavendum, memoria et iudicium adolescentum obruatur, perturbetur, discernimus singulis comparandam et continuo legendam *La raccolta di prose e poesie ad uso delle regie scuole di Piemonte* in duobus tomis divisa et edita a Hieronymo Tagliazucchi, celeberrimo viro, et politiorum literarum oculo, quae coeterorum instar erit, cum opera cuiusve generis celebriorum Authorum aurea contineat.

Per ottemperare a quanto ci siamo proposti, per quanto possibile e perché dalla molteplice e svariata lettura, cosa da evitarsi prima di tutto, la memoria e il giudizio dei giovani sia sopraffatto, sconvolto/confuso comandiamo a ciascuno di procurarsi e di leggere continuamente *La raccolta di prose e poesie ad uso delle regie scuole di Piemonte* in due

tomi, edita da Girolamo Tagliazucchi, uomo celeberrimo e splendore di letterato, che sarà di modello, contendo l'opera il meglio di ogni genere dei più celebri autori.

Hinc Grammaticae legibus, proprietate, et vi vocabulorum initiati, eloquentiae praeceptis, et coetera Oratorum, Poetarum, aliorumque omnis generis Scriptorum frequentia, facile pervenient adolescentes nostri ad recte scribendi peritiam, quam certe adsequimur Authorum quos legimus, imitatione, et regularum applicatione.

Iniziati quindi alle leggi della grammatica, alla proprietà e senso dei vocaboli, alle regole dell'eloquenza ecc. con la frequentazione degli Oratori, dei Poeti e degli Scrittori di ogni altro genere, facilmente i nostri giovani perverranno alla perizia di scrivere correttamente, cosa che certamente raggiungeremo con l'imitazione degli autori che leggiamo e l'applicazione delle regole.

Quod apprime fiet, si exercentur latina italice, italica latine vertere, id quod factitarunt, et praeceperunt optimi tam veterum, quam recentiorum scriptorum quique.

Ciò innanzi tutto avverrà se si eserciteranno a tradurre il latino in italiano e l'italiano in latino, cosa che faranno spesso, e insegnarono i migliori scrittori sia antichi che recenti.

Hos scriptores ut probe tyrones imitentur, assuescant splendidiora loca, quae iis legentibus occurrent, advertere, declarare, consulere. Utile idcirco admodum erit diversos Authores, qui de eadem materia tractaverint, percurrere, et locutionis diversitatem, colores, atque formas, necnon sententiarum lumina observare, quidve melius cogitatum, et comptius dictum sit, conferre, recognoscere. Ita adolescentum paulatim acuetur, formabiturque iudicium.

Per imitare egregiamente questi scrittori, gli alunni si abituino a porre in mente, declamare, consultare i passi migliori, che incontrano nella lettura. Sarà pertanto molto utile scorrere i diversi autori, che hanno trattato la stessa materia, e osservare la diversità di espressione, i toni, le forme e la chiarezza delle sentenze; confrontare e riconoscere ciò che sia stato meglio pensato e più forbitamente detto. Così poco alla volta si acuisce e si formerà il giudizio dei giovani.

Henricus Stephanus loca collegit praecipua quae Cicero decerpserat a graecis oratoribus. Julius Caesar Scaliger in poetica, et Cabosius in Horatii Commentariis quicquid Virgilius et Horatius a graecis poetis acceperunt.

Henricus Stephanus raccolse i passi principali che Cicerone attinse dagli oratori greci.

Julius Caesar Scaligero nella Poetica, et Cabosius nei Commentari su Orazio ciò che Virgilio e Orazio presero dai poeti greci.

Lamy in suis *Parallelis* cum de Demosthene et Cicerone verba faceret, studia, quibus ii vacarunt ut celebres eloquentia evaderent, aperuit, recognovit. Sturmius denique et Bartholomaeus Ricci in tractatu de imitatione collegerunt quam plurima celebriorum scriptorum loca, et inter se ea compararunt. Ludovicus itidem Castelvetro in Commentariis operum Petrarcae et Casae etc. loca a graecis et latinis desumpta recognovit, adnotavit. Eadem collationes leguntur in adnotationibus Scipionis Gentili in Tassum.

Lamy nei suoi Paralleli trattando di Demostene e di Cicerone mise in luce gli studi a cui essi attesero per divenire celebri nell'eloquenza. Sturmio infine e Bartolomeo Ricci nel trattato *de imitatione* raccolsero molti passi dei più celebri scrittori, mettendoli a confronto tra loro. Allo stesso modo Ludovico di Castelvetro nei Commentari delle opere del Petrarca e della Casa etc. passò in rassegna e annotò i passi desunti da autori greci e latini. Stessi paralleli si leggono nelle annotazioni di Scipione Gentili sul Tasso.

Interea cum adolescentes didicerint linguarum et eloquentiae cognitione idoneas, et notiones clare explicare, resque rite disponere, primo assuescant suo Marte Epistolas producere, dein loca communia, dissertationes, declamatiunculas et similia. Sicque passim facilitate inveniendi et disponendi comparata ad Orationes, Historias, Poemata, aliaque cuiusve generis scripta concinnanda pervenient.

Nel frattempo mentre i giovani imparano a conoscere le idee delle lingue e dell'eloquenza, a spiegare chiaramente le nozioni, a disporre le cose con ordine, secondo il proprio ingegno compongano dapprima delle lettere, poi luoghi comuni, dissertazioni, piccole declamazioni e simili cose. Così poco alla volta con la facilità di trovare e disporre passi comparati perverranno alla composizione di orazioni, storie, poemi e altri generi di scritti.

Coeterum rogamus, hortamurque institutores nostros, ut Quintilianum, Rollinum, Lami, qui de studio humaniorum literarum large, sciteque scripserunt, atque Joannis Josephi Orsi in artem recte cogitandi animadversiones diligenter perlegant, ut quem ipsi literarum saporem, et methodum eas docendi ex hisce authoribus hauserint, sensim adolescentibus degustandum exhibeant.

Preghiamo poi ed esortiamo i nostri istitutori, che diligentemente e con frequenza leggano Quintiliano, Rollino, Lami, che sullo studio superiore delle umane lettere diffusamente e abilmente scrissero, e le osservazioni di Gian Giuseppe Orsi sull'arte del ben pensare, affinché quel gusto delle lettere e il metodo di insegnarle che essi da da queste attinsero, a poco a poco offrano in degustazione agli adolescenti

Haec iudicia, haec methodus non ita a nobis exhibentur, ut supersticiose eo ordine adhibito, ea rerum et authorum lectione servata dirigantur rhetorices candidati.

Questi giudizi, questo metodo non sono certo da noi proposti, quasi che superstiziosamente i candidati della retorica siano diretti adoperando quel solo ordine, osservando quella sola di lettura di cose e di autori.

Prudentiae institutorum erit, si fortasse ingeniorum perspicuitas, et temporum opportunitas id postulet, multa ex iis, quae soersim et ordinatim tractanda et explananda consulimus, simul et coniunctim tractare et explanare.

Spetta alla prudenza degli istitutori, se la perspicacia degli ingegni e l'opportunità del momento lo richieda, molte delle cose che abbiamo deliberato doversi trattare e spiegare separatamente e ordinatamente, siano simultaneamente trattate e spiegate.

Qua ratione poterunt latina et italica lingua una interpretari; chronologia temporum, et authorum, geographia recens et vetus, atque consuetudinum et opinionum ratio una itidem edisci.

Perciò si potrà esporre/spiegare insieme la lingua latina e la lingua italiana; la cronologia dei periodi storici e degli autori, la geografia recente e antica; e così pure insieme potrà essere appresa l'esposizione delle consuetudini e delle opinioni

Poeticae et oratoriae praecepta tradi, coniunctim et partes logicae, et moralis philosophiae ad formandum iudicium, et eloquentiam scitu necessariae, statutis diebus, et interposito horarum intervallo; pleraque denique deliberari poterunt, quae ad maturiorem aetatem, et absolutis gravioribus studiis, commodius et utilius differrentur, resumentur.

I principi della poetica e dell'oratoria siano trasmessi, congiuntamente anche parti della logica e della filosofia morale per la formazione del giudizio e dell'eloquenza da conoscersi necessariamente, in giorni stabiliti, interposto un intervallo orario; in breve si potrà deliberare per la maggior parte, quali con più comodità e utilità siano differite ad un'età più matura, terminati gli studi più pesanti, quali siano riprese.

Quamvis ad plenam humaniorum literarum institutionem et profectum librorum plerosque, quos in data methodo laudatos meminimus, idoneos apprime fore censeamus; perpauca tamen, quos infra adnotabimus, rhetorices candidatis habendos suademus. Scilicet:

Sebbene pensiamo che per una piena formazione e profitto degli studi letterari superiori di umanità molti dei libri, che nel presente metodo abbiamo ricordato come pregevoli, possano essere assai idonei; tuttavia molto pochi, come sotto annotiamo, consigliamo di avere ai candidati di retorica.

E cioè:

Compendium de Antiquitatibus Roman. G.H. Nieupoort.
 Joseph Cantelius de Republica Romana
 Il Catechismo Istorico di Claudio Fleuri.
 Costumi degli Israeliti e de' Cristiani del medesimo.
 Respublica Graecorum Ubbonis Emmii
 Geographia vetus et nova Philippi Cluverii.
 Rationarium temporum Dionysii Petavii.
 La Biblioteca italiana di Giusto Fontanini.
 Le Grammatiche di Claudio Lancellotto e di Benedetto Buonmattei.
 Dictionarium Ambrosii Calepini.
 L'ortografia di Giacomo Facciolati; o il Vocabolario ad uso delle scuole di Torino.
 Elegantiae Latinae Laurentii Vallae.
 Partitiones oratoriae Geradi Vossii.
 Epistulae ad familiares, Officia, et Orationes Marci Tullii Ciceronis.
 Historia Justini et Titi Livii.
 Cornelius Nepos.
 Libri Metamorphoseon Publii Ovidii.
 Virgilio Maronis Opera; con la traduzione dell'Eneide d'Annibal Caro.
 Horatii Flacci Poemata.
 Poeti d'ogni secolo di Agostino Gobbi.
 Lettere d'Annibal Caro.
 Prose e poesie raccolte da Girolamo Tagliazucchi.
 Rimario di Girolamo Russelli.

Methodus Studii Philosophici

Brevem Philosophiae historiam, quae praefationis loco esse poterit adolescentibus contextent professores nostri; dehinc Logicam, postmodum Metaphisicam explanadas suscipient ex recentiorum quidem placitis, sed ita tamen, ut in vulgaribus illis veterum disputationibus paululum immorari non dedignentur: quum enim iuvat scholarum phrases, distinctiones, ut aiunt, tricas etiam, si placet, et sophismata tenere, tum id praecavetur, ne in ea palestra exerciti nobis suarum doctrinarum exprobrent ignorantiam.

I nostri professori mettano insieme/compongano una breve storia della filosofia, che sia quasi una prefazione per i giovani; quindi incomincino a spiegare la logica, poi la metafisica partendo dalle opinioni più recenti, in modo tuttavia da non disdegnare di fermarsi alquanto su quelle comuni dispute degli antichi: come infatti giova ritenere i detti delle scuole, le distinzioni, ed anche le cosiddette sciocchezze, se piace, e i sofismi, così si eviti che addestrati in tal palestra ci si rimproveri poi l'ignoranza delle sue dottrine.

In Phisicis latius expatiari liceat. Veterum sententiae expendantur; sisthemata recentiorum declarentur, nulli se devovendo, sed omnia excutiendo, et quidquid scitu dignum, observationes, experimenta, nova inventa, quaeque ad artium incrementa, et humanae societatis commodum faciunt, colligendo, exponendo, illustrando. Ab hyppothesibus cavendum potissimum arbitramur, neque alia methodo utendum, quam disputatoria, et ab ea, quae in scholis obtinet, non multum abhorrente.

Nella Fisica è lecito dilungarsi più ampiamente. Le sentenze degli antichi siano valutate/soppesate; i sistemi più recenti siano fatti conoscere, a nessuno consacrandosi/votandosi, ma tutto esaminando attentamente, e raccogliendo, esponendo, illustrando tutto ciò che è degno da sapersi, le osservazioni, gli esperimenti, le nuove invenzioni, ciò che è di incremento delle arti, ed è di profitto per la convivenza umana. Pensiamo che dalle ipotesi bisogna attentamente guardarsi, non adoperando altro metodo se non la disputa, e da quelle cose non molto detestate nelle scuole

Sub ipsum Philosophiae initium statis quibusdam diebus adolescentibus primi sex libri Elementorum Geometricorum ex Euclide explanabuntur, quibus addere licebit undecimum, et duodecimum solidorum, et Arithmetica numeralem, non vero literalem, quam Algebram vocant, cum hominem fere ab omni alio studio vacuum postulet, et a Theologicarum rerum studio et amore abducat.

All'inizio stesso della filosofia in un periodo stabilito di alcuni giorni siano esposti agli alunni i primi sei libri degli Elementi di Geometria di Euclide, a cui si potrà aggiungere l'undicesimo e il dodicesimo dei solidi, e l'aritmetica dei numeri, non delle lettere, o algebra, richiedendo di essere quasi libero da ogni altro studio e allontani dallo studio e dall'amore delle cose teologiche

Methodus Studii Theologici.

Sacrae Doctrinae Religionis tyronibus ad tam sanctam, et augustam facultatem aditus aperiendus est Praefatione, quae ipsis explicet, quid sit Theologia, quotuplex, qui eius finis, quod eius obiectum.

l'ingresso alla sacra dottrina della religione, facoltà così santa e augusta, si aprirà agli alunni, con una prefazione, che ad essi spieghi che cosa sia la teologia, quale l'ambito, quale il fine, quale il suo oggetto

Tunc statim de principiis, quibus Theologia superextracta est, agendum, nimirum de Verbo Dei scripto et tradito, atque de mediis, quibus divinae ab humanis Traditionibus discernuntur, scilicet de universae Ecclesiae sensu, de Conciliorum generalium, et Romani Pontificis auctoritate, atque de unanimi Sanctorum Patrum consensu.

Quindi si tratti immediatamente dei principi, sui quali è struttutata la teologia, in particolare della Parola di Dio scritta e tramandata, dei mezzi con i quali le divine tradizioni si distinguono dalle umane, e cioè del significato della Chiesa universale, dei Concili generali, dell'autorità del Romano pontefice, dell'unanime consenso dei Santi Padri.

Addenda postmodum erunt nonnulla de Rationis naturalis, linguarum, dialecticae, philosophorum auctoritatis, historiae, aliarumque scientiarum prophanarum, de rebus ad Religionem spectantibus, usu et abusu.

Si dovrà poi aggiungere alcunchè sulla ragione naturale, delle lingue, della dialettica, dell'autorità dei filosofi, della storia, e delle altre scienze profane, delle cose riguardanti la religione, uso e abuso

Harum quidem rerum brevis esse poterit et compendiosa pertractatio; sed cum de Ecclesia agent professores, ibi aliquantulum eos immorari vehementer cupimus, hortamurque, ut verae Ecclesiae notas diligenter expendant, easque soli Ecclesiae Romanae convenire contra Novatores ostendant. Coeterum monendi erunt, consulendique Theologiae candidati, ut Melchiorem Canum *de locis theologicis* attente perlegant, sibi que uberiores illorum scientiam, verborumque simul elegantiam ex eius lectione comparent.

Di questi argomenti i professori terranno una breve e compendiosa trattazione; quando però si tratta della Chiesa, desideriamo vivamente che qui si soffermino alquanto; li esortiamo a considerare diligentemente le note della vera Chiesa, e che esse convengono alla sola Chiesa di Roma contro gli innovatori. Inoltre saranno da ammonire e disporre i candidati di teologia a che studino attentamente Melchiorre Cano *de locis theologicis*, e dalla lettura di questi tra sé paragonino l'abbondante scienza del loro contenuto con l'eleganza dell'espressione

Jam vero ipsa sacra Doctrina prae manibus sumenda erit, capiendumque exordium a tractatione de Deo, et divinis attributis, de scientia Dei, de voluntate, de praedestinatione Sanctorum, de visione, quaestionibus inutilibus resectis. Hos tractatus excipient Tractatus duo, unus de Trinitate, alter de Incarnatione, in quo de gratia Christi mediatoris.

Sarà quindi da iniziare la trattazione della sacra dottrina, iniziando dal trattato de Deo, dei divini attributi, della conoscenza di Dio, della volontà, della predestinazione dei Sancti, de visione (beatifica), lasciando da parte le questioni inutili.

Al di fuori di questi sono i due trattati, uno de Trinitate, l'altro de Incarnatione, in cui si tratterà della grazia di Cristo mediatore.

In tractatu de Trinitate sibi potissimum confirmandam Trium Divinarum Personarum distinctionem adversus Sabellianos; Filii et Spiritus Sancti divinitatem adversus Arianos, Socinianos, et Macedonianos, ex literis, institutisque sacris assumunt professores.

Nel trattato de Trinitate per confermare la distinzione delle Tre Divine Persone contro i Sabelliani; la divinità del Figlio e dello Spirito Santo contro gli Ariani, i Sociniani e i Macedoniani i professori prendano le argomentazioni dagli scritti e dai sacri trattati

Haeresum istarum brevem suis locis historiam concinnabunt. Spiritus Sancti a Patre et Filio processionem adversus Graecos statuent, atque de tempore, quo addita fuit Symbolo particula *Filioque*, inquirent.

Di queste eresie daranno una breve storia nel momento opportuno. Presentino i fondamenti della processione dello Spirito Santo dal Padre e dal Figlio ed esaminino il momento in cui fu aggiunta al simbolo la particella *Filioque*

Quae vero a ratione naturali desumpta passim congerunt Scholastici ad explicandam processionem Filii a Patre, processionem Spiritus Sancti a Patre et Filio, memorabunt quidem, sed nulli eorum assertioni acquiescent, imo nullam satis probabili fundamento inniti, nec ad rem esse, ostendent.

I passi desunti dalla ragione naturale che gli scolastici portarono come prova per spiegare la processione del Figlio dal Padre, la processione dello Spirito Santo dal Padre e dal Figlio saranno certo ricordati, ma a nessuna loro asserzione prestino fede, anzi dimostrino che nessuna è suffragata da probabile fondamento, né è attinente all'argomento.

In Tractatu de Incarnatione catholicam doctrinam de Unione hypostatica duarum naturarum in una sola Jesu Christi Persona adversus Nestorium, de duarum Jesu Christi naturarum existentia reali absque confusione et commixtione adversus Eutychem, de duobus Jesu Christi voluntatibus, et duobus operationibus adversus Monothelitas explicandam, vindicandamque sibi praesertim proponunt lectores nostri.

Nel trattato de Incarnatione i nostri lettori si propongano principalmente di spiegare e difendere la dottrina cattolica sull'unione ipostatica delle due nature nell'unica persona di Gesù Cristo contro i Nestoriani, dell'esistenza reale delle due nature di Gesù Cristo senza confusione e commistione contro Eutiche, della duplice volontà di Gesù Cristo e duplice operazione contro i Monoteliti.

Agent postmodum de Satisfactione Jesu Christi, atque illam quaestionem, *An dici possit unus de Trinitate passus*, diriment ex Cardinali Norisio, qui solidam hac in re disertationem scripsit; de cultu demum, qui debetur Christo, atque hic data occasione de cultu Beatissimae Virginis, eiusque perpetua Virginitate, de usu, et cultu Crucis, de intercessione et invocatione Sanctorum, de illorum sanctarumque imaginum et reliquiarum cultu, ubi contra Helcidium, coeterosque novatores Deiparae Virginitas, et contra Iconomacos, aliosque recentiores haereticos invocatio Sanctorum, eorumque cultus, sicuti et Imaginum et Reliquiarum propugnandus se se offeret.

Tratteranno poi della Soddisfazione di Gesù Cristo e dirimeranno quella questione *An dici possit unus de Trinitate passus*, secondo la teoria del Cardinal Norisio, che su tale argomento ha scritto una ben fondata dissertazione; poi del culto che si deve al Cristo, e data l'occasione del culto alla Beatissima Vergine, della sua perpetua Verginità, dell'uso e del culto della croce, della intercessione e dell'invocazione dei Santi, del culto delle immagini sacre e delle reliquie, e qui contro Elcideo e gli altri innovatori della Verginità della Madre di Dio, contro gli Iconomachi e gli altri recenti eretici si contrappone l'invocazione dei Santi e il loro culto come anche delle Immagini e delle Reliquie.

Cum ventum fuerit ad Gratiam Christi Mediatoris, uberius sit earum rerum explanatio, quae spectant ad plenam Pelagianorum, Semipelagianorum, et novissime Jansenistarum haeresum sententiam, atque fides catholica contra eos certissimis argumentis asseratur.

Giunti alla grazia di Cristo mediatore, ci sia una più prolungata spiegazione di quelle cose che toccano la posizione eretica dei Pelagiani, Semipelagiani e la più recente dei Giansenisti, contro i quali sia affermata con solidissimi argomenti la fede cattolica.

Quae vero in utramque partem in scholis agitantur, innuant professores, atque principaliora diversarum opinionum fundamenta in medium proferant; illudque demum sanioris consilii erit, si in re tam obscura, tamque incerta, atque in tantis studiis partium, tantaque contentione nulli se se devoveant opinioni.

Facciano cenno i professori delle questioni che nelle scuole sono agitate con pareri opposti, e delle diverse opinioni presentino i principali fondamenti; sarà però più prudente se in questioni così oscure, così incerte, con posizioni così diverse e così contese non si voteranno per nessuna delle opinioni.

Harum rerum tractandarum methodus erit disputatoria, et ea fere, quae in scholis obtinet. Nihil interim eorum omittatur, quae ad historiam, et dogma pertinent.

Il metodo da usarsi nella trattazione di questi temi sarà la disputa, che si tiene nelle scuole. Non si ometta niente di ciò che riguarda la storia e il dogma.

Estium in sententias prae coeteris sequendum proponimus, et immortalem virum Dyonisium Petavium in suo incomparabili opere theologicorum dogmatum, atque Mabillonium in Annalibus benedectinis et Musaeo italico ubi clarissimus hic auctor habet sane multa, quae plurimum lucis, et eruditionis nonnullis iis quaestionibus afferent, quas in tractatu de Trinitate et Incarnatione agitandas diximus.

Nelle sentenze proponiamo di seguire di preferenza Estio e quell'immortale Dionigi Petavio nella sua incomparabile opera dei dogmi teologici e Mabillonio negli Annali benedettini e Museo italico, dove questo chiarissimo autore ha certamente molte cose che possono offrire un contributo notevole di illuminazione e di approfondimento a non poche di quelle questioni che abbiamo detto da trattarsi nel de Trinitate et Incarnatione.

Et hoc quidem matutini studii argumentum atque ordo.

E questo appunto sarà l'argomento e l'ordine dello studio mattutino

Pomeridiani vero erit sacrorum canonum doctrina, quam sapienti sane consilio methodice tradendam Ven. Definitorii Patres decreverunt. Huic studio aditum aperiet praefatio, quae erit de origine et divisione Juris ecclesiastici.

Al pomeriggio vi sarà l'insegnamento dei sacri canoni, da trasmettere metodicamente come per sapiente suggerimento del venerabile Definitorio i Padri han stabilito. All'inizio di questo studio ci sarà una introduzione sull'origine e divisione del Diritto ecclesiastico

Universa illius pertractatio in tres partes distinguetur, quarum prima erit de Personis, altera de rebus, tertia de judiciis ecclesiasticis.

Tutta la trattazione si distinguerà in tre parti ; la prima sulle Persone, la seconda sulle Cose, la terza sui giudizi/processi ecclesiastici

Consultant professores Claudii Fleury Juris ecclesiastici institutiones, quas latinas reddidit et cum animadversionibus Justi Henningy Boehmeri edidit Joannes Daniel Gruber, unde partitio ista desumpta est. Suppeditabit ille rerum pertractandarum materiem tum etiam praestantiores suggeret auctores, ex quibus uberior copia cum opus fuerit, erui possit.

I professori consultino Juris ecclesiastici institutiones di Claudio Fleury, tradotte in latino con l'aggiunta di note da Giusto Henningy Boehmeri, stampato da Joannes Daniel Gruber, da cui abbiamo preso questa divisione. Egli darà sufficiente materia per le cose da trattare e suggerirà anche autori più quotati, da cui se necessario si potrà più abbondantemente attingere.

Potiora seligent et utiliora; atque in prima parte diligentius agent de Statu Religioso, in secunda vero accuratius ac fusius de Sacramentis in genere, et de iisdem singillatim. Interim monitos eos volumus ut perlegant etiam Institutiones Gasparri in Lycaeo romano Juris ecclesiastici professoris, eumque ducem habeant in iis emendandis quae minus castigate ac paulo liberius more Gallorum identidem scribit Fleury.

Scelgano le cose più valide e più utili; nella prima parte trattino con particolare cura dello Stato religioso, nella seconda con accuratezza e diffusamente dei Sacramenti in genere e di ciascuno in particolare. Di passaggio ricordiamo loro di leggere anche le Institutiones di Gasparri, professore di diritto ecclesiastico nel Liceo romano e lo abbiano come guida nel correggere ciò che meno correttamente e un po' liberamente, secondo lo stile dei francesi, scrive il Fleury.

Sed et pomeridianis Institutionibus continebitur tractatus de Actibus humanis, ubi agetur de actu humano in genere, de voluntario, et involuntario, de voluntario libero, de iis quae causant involuntarium, de circumstantiis actus humani, de moralitate actuum humanorum, de conscientia in genere eiusque divisione.

Pure nelle lezioni pomeridiane ci sarà il trattato de Actibus humanis, in cui si tratterà dell'atto umano in genere, del volontario, e involuntario, del volontario libero, delle cause dell'involuntario, delle circostanze dell'atto umano, della moralità degli atti umani, della coscienza in genere e delle sue divisioni.

Appendix addi poterit de peccatis, quae inquiret de peccatis in genere, de peccato mortali et veniali, de distinctione peccatorum, de peccatis internis et externis, de malitia et reatu peccati, de causis a peccato excusantibus, ac demum de Propositionibus quas decretis suis Romani Pontifices damnaverunt.

Si potrà aggiungere una appendice sui peccati, in cui si esami/indaghi sul peccato in genere, su peccato mortale e veniale, sulla distinzione dei peccati, su peccati interni e esterni, sulla malizia e reato del peccato, sulle cause scusanti del peccato, e infine sulle Propositiones che i Romani Pontefici hanno condannato con decreto.